



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

In Lvcaë Cap. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

quasi non videntur, sed quòd verior & melior modus non sit, solum Apostolorum exemplū sufficienter demonstrat.

IN LUCÆ CAP. 15.

10. *Gaudium erit in celo & coram Angelis Dei.*

SOLENT hæretici Sãctos in celo mortuos Sancti in celo nostra cognoscunt. vocare, & eorum quæ hîc aguntur penitus ignaros asserere, vt sic eorū inuocationem planè ridiculã esse ostendãt. Sed quum de Sanctis dicat infrã Christus, *quid erunt æquales Angelis Dei.* Luc. 20. hîc autem conuersione pœnitentiũ adeò Angelis notam assermet vt de ea in celis gaudeãt, manifestè sequitur, beatis quoque in celo regnantibus eandem esse notam. Nulla autem ratio est, cur iustorum preces & vota non cognoscant, qui peccatorũ pœnitentiã cognoscere, & de ea lætari possũt. Nec æquales Angelis Sãcti esset, nisi in eodẽ saltẽ sciẽtiæ genere paritas & similitudo foret.

24. *In se reuersus dixit, &c. Surgã, & ibo ad Patrẽ meum.*

HÆRETICI hodie, vt solius fidei iustificantis dogma stabiliãt, ne ipsã quidem pœnitentiã ad remissionẽ peccatorũ necessariã esse volunt. Docet quippe pœnitentiã ex fide iustificãte nasci, & neminẽ pœnitere posse nisi qui iam sit filius Dei, & per fidẽ specialẽ Deũ sibi propitiũ credat. Sic latè & accuratè Calvinus Inst. lib. 3. cap. 3. num. 1. Hãc hæresim hæc sola parabola de filio prodigo luculenter conuincit. Hîc enim in exẽplo maximæ misericordiæ Dei quod à Christo proponitur, ea nõ confertur, nisi reuerso prius peccatori in se per odiũ peccati, & spem

Pœnitentiæ doctrinã à Caluino corruptã.

M u 2 ve-

venia concipienti, quod vtrūque illis verbis expressit, *Quanti mercenarij, &c. Ego autem fame pereo: Nec nisi cū emendationis proposito, & inuocatione Dei, quod expressit quū diceret, Surgā, & ibe ad Patrē meū, quod est relinquere peccatū, & ire ad Deū, & dicam, Pater peccauī, &c. Tunc demū accurrit Pater, & audita confessione peccati, iubet redi ad stolam primam.* Rursum quum idē Calvinus pœnitentiā ponit in solo quotidiano profectu iultorū, eodē lib. & cap. num. 8. vt sic pœnitentiæ necessitatem & vsum, qualē seruat Ecclesia, explodat, verba Christi in hoc cap. illam euidenter refutant vbi dicit: *Quā super 99. iustis qui non indigent pœnitentiā.* Hic enim necessariō fatēdū est, aliquā esse pœnitentiā peccatoribus necessariam, qua iusti non indigent. Deinde quotidiano profectu omnes iusti indigent. Vide ampliōrē hac de re contra Calvinū disputationē in Prompt. nostro Catholico.

In parte
Quadragesim. in
Sabbat.
hebdō. 2.

IN LVCÆ CAP. 16.

9. *Vt cū defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.*

Eleemosynarum
retributio
aeterna.

QVVM duo hic locus doceat, eleemosynis retribui vitā aeternā, & Sanctos pro nobis intercedere, vt SS. Patres docent in Prompt. Cath. in Dom. 8. post Pentec. à nobis citati, vtrumq; conuellit Calvinus. Prius, quia Christus humano more loquitur, *nostrā videlicet humanitatē oportuni refugij nobis instar fore, sicut aduerso casu percussus ab illis sustentari solet quibus in prospera fortuna benefecit.* Posteriorius, quia *hoc modo periret omnis eleemosyna quae indignis impenditur. Illi enim pro nobis intercedere non possunt. Sed vtraque cauillatio insulsa est. Prior, quia Christus non solum humano more loquitur de aliquo refugio oportuno humanitati nostrae reddendo, sed diuino*

Caluini
cauillatio
duplex
reijcitur.